



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 2. Cardinalis ab Alphonso tanquam Papæ Legatus minime receptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. tuebat. Papa adeo formidandi hostis o-  
 A.C. 1425. dium, ac mala inde secutra pertimescens,  
 nullum non movit lapidem, ut Regis  
 iram placaret, hancque in rem Cardi-  
 nalem de Fuxo in Arragoniam alegavit,  
 qui octava Januarii hujus Anni amplis-  
 sima potestate instructus, illuc profectus  
 est, Legati Apostolici munere functurus.

## §. II.

*Cardinalis ab Alfonso tanquam Le-  
 gatus minime receptus.*

Mariana  
 l. 20. c. 14.

Cum Cardinalis Occitaniam pervenis-  
 set, eidem Alphonsus, qui hanc lega-  
 tionem in rem suam vertere sperabat,  
 nunciari jussit, haud ulterius progredere-  
 tur, nunquam enim fore, ut eundem pro  
 Legato exciperet, donec sibi a Martino  
 Papa plene satisfactum esset, idemque  
 cuncta postulata, quæ antehac per Ora-  
 torem ad id speciatim deputatum pro-  
 poni curasset, omnino rata haberet. Car-  
 dinalis, licet nil intentatum relinqueret,  
 ut saltem Regis conspectum subire sibi li-  
 ceret, repulsam tamen tulit, nilque am-  
 plius impetrare potuit, quam ut Legatio-  
 ne sua Bellegarii defungeretur, idque  
 duris adeo conditionibus, ut eas ac-  
 ceptare, minus decuisset. Quapropter  
 integrum annum in ditione Comitis de  
 Fuxo fratri sui hærere coactus, nequa-  
 quam

quain tamen Alphonsi animum flectere Sæcul. XV.  
valuit.

A.C.1425.

§. III.

*Regis Arragoniae postulata ad Legatum.*

**I**nterea temporis Arragoniae Rex Ordinis S. Dominici Religiosum, quem a confessionibus habebat, ad Cardinalem misit, qui tria ab eo peteret. I. Ut sibi liceret, S. Ludovici Episcopi Tolosani reliquias, quas Massilia secum detulisset, in quadam Arragonensium Franciscanorum Ecclesia deponere. II. Ut omnes jam aliquamdiu pro terris suisque ditionibus census debiti, & Cameræ Apostolicæ jura sibi condonentur. Denique III. Ut Rocale Urbe, Rhodiorum Equitibus subdita, uti fruique posset. Primum petitum, cum id Galliæ Regibus nimis grave accidisset, omnino negavit Cardinalis, tertium quoque admittere recusabat, causatus, inde injuriam, damnumque Rhodiorum Equitibus emersurum; cum hi ad conservandam hanc urbem nec sumptibus, nec sanguini hucusque pepercissent. Alteri tamen articulo se assensum spopondit, dummodo Regis alloquendi copia sibi fieret, ac Pseudo - Papam Paniscolæ latitantem deferere, Alphonsus promitteret.

L 1 2

Eodem